

Sermo**2**

Qui semper est pauidus **Bernardus**.
In veritate didici nil eque efficacius esse
ad gratiam promerendam. recinendam.
recuperandam. quam si omni tempore
inueniaris coram deo non aliter sapere.
si timere. time ego cum adest gratia.
time cum abierit. time cum de nouo reuertetur.
et hoc est semper pauidus esse. Cum adest
time ne non diuine opereris ex ea si recesserit.
multo magis timendum. quia reliquit te in
custodia tua. ubi enim tibi deficit gratia
deficit tu. dicente domino datore gratie.
Sine me nihil potestis facere. **Nam** si
gratia redierit pro re peccata multo amplius
tunc timendum. ne forte contingat re-
cidium pati. quod vtriusque veterius est. **Luce. xi.**
Et fiet nouissima hominis illius peiora
prioribus

Quarto exigitur integritas paciencie
et perseverantie ne sit fractus per
impacienciam. vel recisus per inconstanciam
Unde Jacobi. i. **Paciencia** opus perfectum
habet ut sitis perfecti usque ad mortem
in bono persistentes opere. et integri
quo ad tolleranciam tribulationum.
in nullo deficientes. **Ecclesi. ii.**
Ne illis qui perdidit sustinenciam.
qui dereliquerunt vias rectas et
inverterunt in vias pravas. et quid
facient cum inspicere ceperit dominus
Deinde sequitur conclusio. **Reddite**
ergo que sunt cesaris cesari. **Ro. xiiij.**
Reddite oibus debita. cui tributum
tributum. cui vectigal vectigal. cui
timorem timorem. cui honorem honorem.
et que sunt dei deo. sicut dicit
Anselmus. **Non** est aliud peccatum
quam non reddere deo debitum. omnis
voluntas rationalis creature subie-

Centesimus octauus**2**

286

Deus debet esse voluntati diuine. hoc
est debitum quod debet angelus et
homo. hoc iusticia siue rectitudo vo-
luntati est que iustos facit siue rectos
corde. id est voluntate. hic est salus et
totus honor quem debemus deo. et
a nobis exigit deus. sola namque talis
voluntas facit opera deo placita. cum
potest operari et cum non potest ope-
rari ipsa sola per se placet. quia nullum
opus sine ipsa placet. habet honorem
debitum qui deo non reddit. auferat
deus quod suum est. et secundum hoc exho-
norat. et hoc est peccare. **Unde** dicitur
Romans. ij. **per** preuaricationem
legis deum inhonoras. malus enim
filius honorat patrem et seruus domi-
num suum timebit. **Si** ergo pater
sum ego ubi est honor meus. et si
deus ego sum ubi est timor meus. ni-
hil vero minus tollerandum est in
terris ordine. quam ut creatura creatori
debitum honorem auferat et non sol-
uat quod auferat. necesse ergo est. ut
aut ablati honor solvatur aut peccata
sequatur. **Nam** aut homo debitum
honorem. et debitam subiectionem
deo voluntate spontanea exhibet. aut
deus eum inuitum sibi torquendo
subicit. et sic se dominum eius ostendit.
Unde dicitur. **Ezechielis. xx.**
Quia ego dicit dominus deus. quoniam
in manu forti et brachio exten-
so et furore effuso regnabo super vos.

Dominica penultima
Epistola ad Colocenses. prima.